IULIANUS POMERIUS. ALBUINUS CLARAEVALLENSIS
12. bis 13. Jh. Seite 51v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26468
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Certe tu homo qui loqueris aliquando in matris
utero spuma fuisti. sanguis. Ibi quippe ex patris
semine & matris sanguine. paruus ac liquidus
globus eras. Dic ergo si nosti. qualiter ille humor se
minis in ossibus duruit. qualiter in medullis
liquidus remansit. qualiter in neruis solidatus.
qualiter in carnibus creuit. qualiter in cute extensus
est. qualiter in capillis atque unguibus distentus. ita
capilli molliores carnibus duriores. Si ergo tot & tanta
ex uno semine & per species distincta sunt. & tamen
in forma remaneant coniuncta. quid mirum
si possit omnipotens deus in illa resurrectione mor
tuorum carnem hominis distinguere a carne bes
tiarum. ut unius idemque non surgat. In quantum
pulius lupi & leonis est. & tamen resurgat in
quantum pulius est hominis. xxx. Quod hi qui
de hac uita debiles exierunt. cum suis integris mem
bris in resurrectione futuri sunt.

Si quis debilis corpore truncatus.
confractusque de hac uita exierit. non
dubium quod debita integritate mem
brorum possit resurrectionis tempore reparari ut
quicquid in illo aut infirmitas turpe aut aliena